

fri Apostolici, & cujuscumque Judicis, & Tribunalis, tametsi speciali, & individua nota dignorura, necnon dictae S. R. E. Cardinalium, Basilicarum, Ordinum, Congregationum, & Societatum etiam Jesu Ministros, & Officiales quoscumque, & quibuscumque literis patentibus munitos, ac Neophitos, & Milites etiam Auxiliatores Arcis S. Angeli, & Alabarderos nuncupatos Gubernatoris Urbis quoscumque, & quoscumque etiam in minori, & modico, seu minimo numero, ad solutionem, & contributionem quarumcumque taxarum, & impositionum aequae, ac alios non privilegiatos teneri, & obligatos esse, necnon jurisdictioni Tribunalis, & Magistratus hujusmodi, ac omnibus, & singulis illius Constitutionibus, & Ordinationibus quibuscumque pariter esse, & remanere subiectos. Prout etiam praefata Chirographa, & Ordinationes innovantes, & ampliantes, a Decretis, mandatis, & sententiis super solutione quarumcumque taxarum, seu contributionum a Tribunali, seu Magistratu praefatis impostarum, & imponendarum, & respective super affectuum, seu Appaltuum ab Affictuariis, seu Appaltatoribus debitorum, seu debendorum solutione, necnon super rationibus per Administratores, seu Economos reddendis, & super restitutione vel solutione eorum, quae per eorundem Administratores, seu Economos exacta fuerint, nullam admittendam esse appellationem, seu recursum in suspensivo, sed in devolutivo tantum, ita ut quaecumque appellationes, & recursus seu citationes, inhibitiones, supersefforae, & Decreta in vim appellationum, seu recursuum hujusmodi faciende, seu faciendi, absque ullo attentatorum, poenarum, seu nullitatis incurfu, possint imponere sperni.

Praeficitur tempus solutionem.

S. 15. Solutiones quarumcumque taxarum, pro quibus judicialiter, mediante contestatione litis, vel saltem tentata aliqua executione mandatorum, actum non fuerit, triennio ex nunc, quoad praeteritas, & a die impositionis quoad futuras taxas, computando, praeficiantur.

De Electione Praefidis, & Magistrorum

S. 16. Caterum Praefes viarum hujusmodi non amplius ad annum in Camera praedicta, ut moris erat, sorte extrahatur, sed a Nobis, seu Romano Pontifice pro tempore existente ad nostrum, & ejusdem pro tempore existentis Romani Pontificis, & dictae Sedis beneplacitum in posterum deputetur. Ex Magistris vero viarum non amplius uterque infimul, sed alteruter tantum, ut unus semper pendens Magistratus negotiis instructus remaneat, dimittatur.

Appaltus, & contractus fiant in Congregatione Praefidis, & Magistrorum

S. 17. Appaltus expurgationis Urbis, necnon unius julii, qui singulis trimestribus pro qualibet Apotheca solvitur, itidemque curruum, seu rhedarum, ac chistorum vulgo caleffi, locari solitorum praefato Palatio Cardinali, & Cameraario pariter donec vixerit, infimul cum Praefide, & Magistris viarum hujusmodi, alii vero Appaltus, affectus, & contractus ac post obitum memorati Palatii Episcopi Cardinalis etiam dicti Appaltus expurgationis Urbis, & praefati julii, necnon curruum, seu rhedarum, & chistorum, praenominatorum in Congregatione singulis hebdomadis pro negotiis dicti Tribunalis, seu Magistratus faciendi, cui iidem Praefes, Magistri viarum, & alii Ministri de more intersint, apertis semper in supradictis congressibus cedulis oblationum, & facta deliberatione meliorem condi-

tionem facienti respective concludantur, & si-pulentur.

Imprimatur Taxa emolumentorum

S. 18. Renovetur, seu fiat, facta imprimatur, & impressa in locis a Praefide praefato praescribendis exponatur, & retineatur distincta, & moderata Taxa omnium, & singulorum emolumentorum tam Tribunalis, seu Magistratus, quam singulorum ejus Ministrorum, seu Officialium, nihilque prorsus praeter, vel contra eandem, sed poenis arbitrio memorati Praefidis infligendis, percipiatur, vel exigatur.

De Officio Exactorum

S. 19. Teneantur singuli Exactores sub poena falsi distincte, & diligenter annotare omnes, & singulas taxas, & quoscumque earundem debitores, prout etiam omnes, & singulas etiam minimas exactiones, ac personas a quibus exegerint, intra quindecim dies post quamlibet licet minimam exactionem computandos, istaque omnia diligenter, fideliter, & distincte describere in Libris in Officio Notarii Tribunalis retinendis, & cuiuscumque quodlibet interesse habenti prompte exhibendis.

Ufus emolumentorum

S. 20. Omnia, & singula emolumenta Tribunalis, seu Magistratus, etiam ex taxarum, & chistorum praefatorum locari solitorum necnon ex pretio situum publicorum, in beneficium Tribunalis, seu Magistratus, vel implementum ejus onerum, & praesertim in expurgationem viarum convertantur.

Magistri contenti fiat annuo stipendio 400. scutorum

S. 21. Magistri viarum nulla prorsus etiam minima, ac etiam sponte oblata, tum in pecunia, tum in qualibet specie, & tam ordinaria, quam extraordinaria, certa, & incerta emolumenta ratione eorum muneris, seu quarumcumque licentiarum, accessuum, & functionum posthac amplius exigere, seu percipere quoquo modo valeant, sed solo annuo stipendio scutorum quadringentorum monete Romanae pro quolibet eorum, ex emolumentis Magistratus extrahendo, quod illis constitutum, & assignamus, omnino debeant esse contenti.

Cura de viis Consularibus

S. 22. Viae consulares, districtus Urbis propriis sumptibus, & expensis personaliter revideantur, & recognoscantur, saltem semel in anno pro qualibet via per dictos Magistros viarum; quo vero ad Praesidem praefatum ejus arbitrio, & ultra hujusmodi accessus, in quibus necessitatibus, reparationibus, & commoditatibus hujusmodi viarum debeant iidem respective consulere, & providere, semper invigilent, ac certiorari fatagent de omnibus earundem viarum necessitatibus, & incommodis, etiam per Literas circulares Gubernatoribus, & Communitatibus, seu Universitatibus Civitatum, Terrarum, seu Locorum, in quorum Territorio viae praefatae consistunt, ut responsiones, & aliae informationes desuper habitae in Congregatione praefata ad effectum opportune desuper providendi, referantur, & examinentur.

Facultas Praefidis in viis Consularibus

S. 23. Praefidis viarum superintendencia, & facultates vias Consulares ditionis Ecclesiasticae extra praefatum districtum existentes comprehendant, & ejusdem ditionis Gubernatores subiecti Ordinationibus memorati Praefidis, qui de viarum praefatae ditionis instructione, refectione, restauratione, & manutatione, non tamen in judicialibus, debeat esse sollicitus. In districtu vero omnem suam jurisdictionem in viis tam Consularibus, quam non Consularibus respective valeat exercere.

S. 24. De-

Clausula

S. 24. Decernentes easdem praesentes Literas, & in eis contenta quaecumque, etiam ex eo, quod omnes, & singuli supradicti, & alii quicumque in praemissis quomodolibet jus, vel interesse habentes, seu habere praetendentes, cujusvis status, gradus, ordinis, praerogativae, vel dignitatis, seu alias specifica, & individua mentione, & expressione digni existant, iisdem praesentibus non consenserint, nec vocati, seu auditi fuerint, tametsi suorum Indultorum, vel privilegiorum vigore consensere, seu vocari, & audiri semel, vel pluries quoquo modo debuissent, aut ex alia quantumvis juridica, & privilegiata causa, colore, praetextu, & capite etiam in corpore juris clauso, ullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, seu nullitatis vitio, aut intentionis nostrae, vel interesse habentium consensus, alioque quolibet etiam quantumvis magno, & formali, ac substantiali defectu notari, impugnari, infringi, in controversiam revocari, ad terminos juris reduci, seu adversus illas apertionis oris, restitutionis in integrum, aliudve quodcumque juris, facti, vel gratiae remedium intentari, vel impetrari nullatenus posse; sed semper, & perpetuo validas, firmas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere debere, & ab omnibus, ad quos spectat, & pro tempore quodcumque, & quomodocumque spectabit, inviolabiliter observari.

S. 25. Sicque, & non aliter per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegates, quavis auctoritate, praerogativa, aut potestate fungentes, & functionarios, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, & dictae S. R. E. Cardinales etiam de Latere-Legatos, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, iudicari, & definiri debere; irritum quoque, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

S. 26. Non obstantibus omnibus, & singulis praemissis, & quatenus opus sit nostra, & Cancellariae Apostolicae regula de jure quaesito non tollendo, necnon praefati Pii II. praedecessoris de qualecunque interesse Camerae Apostolicae concernentibus, in dicta Camera intra certum inibi praescriptum tempus praesentandis, & registrandis, necnon aliis quibuscumque Apostolicis, ac in Generalibus Conciliis editis, & edendis Constitutionibus, & Ordinationibus, ac Urbis, & Curiae Romanae, & Camerae Apostolicae, ejusdem Curiae Tribunalium, quarumcumque Ecclesiarum, etiam Patriarchalium S. Joannis in Laterano, Principis Apostolorum, & Sanctae Mariae Majoris, Monasteriorum, Hospitalium, Locorum Piorum, necnon Ordinum, Congregationum, & Societatum, etiam Jesu, & quibuscumque aliis, etiam juramento, vel alia quavis firmitate roboratis statutis, usibus, stylibus, consuetudinibus, & Decretis, etiam novis reformationibus quibuscumque, legibus, & Canonibus; privilegiis quoque, Indultis, & Literis Apostolicis sub quibuscumque verborum tenoribus, & formis, & cum quibusvis etiam derogatoriis, derogatoriis, alisque efficacioribus, efficacissimis, & insolitis clausulis, & Decretis in genere, vel in specie, etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine similibus, vel ad quorumvis instantiam, ac etiam consistorialiter, aut alias

quomodolibet per Nos, & Romanos Pontifices praedecessores nostros in contrarium eorumdem praemissorum concessis, ac etiam pluries confirmatis, innovatis, & approbatis. Quibus omnibus, & singulis, etiam mihi pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quavis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, & forma in illis tradita observata, exprimerentur, & infererentur, iisdem praesentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac insertis habentes, illis alias in suo robore permanentibus, ad praemissorum effectum harum serie specialiter, & expresse motu, scientia, deliberatione, & potestatis plenitudine paribus, specialiter, & expresse derogamus, & derogatum esse volumus, & mandamus, necnon omnibus illis, quae iidem praedecessores nostri in praemissis quibuscumque eorum Literis, & Chirographis voluerunt non obflare ceterisque contrariis quibuscumque.

S. 27. Volumus autem, quod postquam praesentes Valvis Ecclesiae Lateranensis, & Basilicae Principis Apostolorum, & in Aede Campi Florae de Urbe per aliquem ex nostris Curforibus affixa, & publicata fuerint, omnes, & singulos tam in Urbe, quam in districtu, & ditione praefatis existentis, perinde obligent, & ardeat, acsi unicuique eorum personaliter, & nominatim intimatae fuissent; quodque earum transumptis, etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo alicujus personae in dignitate Ecclesiasticae constitutae munitis, eadem prorsus fides in iudicio, & extra adhibeatur, quae huiusmodi praesentibus si exhibita, vel ostensa fuissent adhiberetur.

S. 28. Nulli ergo omnino hominum liceat paginam hanc nostrarum approbationis, confirmationis, innovationis, voluntatis, mandatorum, Decretorum, suppressionum, abolitionum, abrogationum, praeservationum, concessionum, declarationum, disemendationum, separationum, restitutionum, unionum, annexionum, incorporationum, revocationis, cassationis, annulationis, Constitutionis, assignationis, derogationis, aliorumque praemissorum infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare presumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se noverit incursum.

Datum Romae apud Sanctam Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicae millesimo sexcentesimo nonagesimo secundo. Quarto Kalendas Decembris Pontificatus nostri Anno Secundo.

XXXVII. Declaratur Statutum Ordinis Carthusien. Priori Carthuse factum non egrediendi a terminis suae Eremit. Dat. 4. Nov. 1692. An. I.

Ab Inn. XI. confirmata fuit nova Collectio Statutorum Const. ed. 1688, Mar. 27, P. 12. hujus Pontificis Const. ed. 1692, Apr. 11, P. 1. extat Decretum Congreg. particularis super quadam causa. Et Const. ed. 1698, Jul. 25, P. 3. confirmatur Constitutio Julii II. pro pace servanda. N n 2 INNO.



& Salvianus Paquin Procuratores, seu Deputati Provinciae Nationis Gallicae Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci tam de Observantia quam Recollectorum respective nuncupatorum, quod cum alias, videlicet an. 1688. tunc existentes Vocales ejusdem Nationis Electionibus, aliisque in Capitulo Generali dicti Ordinis in hac Alma Urbe celebrato actis, ob sibi tunc denegatam ad Generalatum, aliaque officia Generalia ejusdem Ordinis, quam prae- tendebant alternativam, interesse recu- saverint, eaque de causa a Capitulo Generali praedicto recesserint: ipsum vero Capitulum Generale ad electionem trium Diffinitorum Generalium pro praedicta Natione, ceteroqui eligi solitorum, minime devenit, abinde omnes, & singulae personae utriusque sexus Provinciae hujusmodi obedientiam tunc existentem in memorato Capitulo Generali electo, ac subinde dilecto Filio moderno Ministris Generalibus ejusdem Ordinis nullatenus hucusque praestiterunt.

Reconciliatione inter ambas partes

§. 2. Cum autem, sicut eadem expositio subiungebat, jam nunc personae hujusmodi unionem spiritus in vinculo pacis servare cupientes tam eidem moderno, quam ejus protempore Successoribus Ministris Generalibus dicti Ordinis canonice eligendis debitam obedientiam, juxta Apostolicarum, & ipsius Ordinis Constitutionum praescriptum, praestare, dictumque Capitulum Generale pro rite, & canonice celebrato habere, paratae sint; quinimo ipsi Exponentes earundem personarum nomine obedientiam hujusmodi jam praestiterint, sequens praedictum Capitulum Generale, pro rite, & canonice celebrato habere declaraverint; Verum praemissa atque inde sequuta, quo dictarum Provinciae Religiosae tranquillitati plenius provifum fit, Apostolicum paternae Providentiae nostrae praesidium exposcat: Nobis propterea Exponentes praefati humiliter supplicari fecerunt, ut in praemissis opportune providere, & ut infra indulgere de benignitate Apostolica dignaremur.

Procer Deputatorum Nationis Gallicae.

§. 3. Nos igitur, qui Ordinem praefatum in visceribus gerimus charitatis, perturbationibus, & incommodis, quae praemissorum occasione in dies oriri possent, mature occurrere, & opportunum jam exortus remedium adhibere cupientes, ipsosque Exponentes, & alios in praescripto dicti Ordinis Professores specialis favore, gratia prosequi volentes, & eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a Jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatae existunt, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutas fore censentes; necnon causa, & controversia super alternativa praefata statum, & merita, nominatim, & cognominatim, ac qualitates Judicium, & Colligatum, seu contententium quorumcumque, & alia quaelibet, etiam specificam, & individuum mentionem, & expressionem requirentia praesentibus pro plene, & sufficienter expressis habentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, ac audita super praemissis dilectorum Filiorum Procuratoris Generalis, ac aliorum Superiorum utriusque familiae dicti Ordinis, quos desuper audiendos duximus, relatione causam, & con-

troversiam praefatas in statu, & terminis, in quibus de praesenti quomodolibet reperiuntur, tam a dicto Capitulo Generali, quam ab aliis quibuscumque Iudicibus, & Tribunalibus ad Nos, & Sedem Apostolicam, prout Juris fuerit terminandas, auctoritate Apostolica tenore praesentium avocamus.

Avocatio est ad S. Sedem ablata singulis Religiosis quicumque agenda facultatem.

§. 4. Porro cum iidem Exponentes dictarum Provinciae nomine etiam infisterint; ut quartum Diffinitorem Generalem ex Fratribus Recollectis Provinciae hujusmodi addere, & deputare vellent, Nobis similiter, & Sedi praedictae facultatem statuendi hac in re quiquid in Domino expedire censuerimus, harum serie reservamus, Ac proinde omnibus, & singulis Nationis, & Ordinis praedictorum Superioribus Fratribus, & Personis, ne tam conjunctim, quam divisim in praemissis, vel eorum aliquo directe, vel indirecte, aut alias quomodolibet quidquam innovare, vel attentare audeant quovis modo, seu praesumant, districte inhibemus, illisque praecipimus, & mandamus, ut a quibusvis attentatis, seu innovatis hujusmodi humiliter absteineant, donec a suprema nostra, & ejusdem Sedis aequitate habeant Justitiae complementum.

§. 5. Praeterea, ut de cetero munus Agentis seu negotiorum gestoribus, quem Provinciae praefatae in Romana Curia habere consueverunt, quoties illud vacare contingerit, is tantummodo assumatur, quem pro tempore existens Minister Generalis dicti Ordinis ex tribus Religiosis sibi ad id per Superiores pro tempore pariter existentes earundem Provinciae praestandis idoneitate, & meritis praestantioribus esse judicaverint, auctoritate, & tenore praedictis statuimus, & ordinamus.

A quo eligendus agens Nationis Gallicae.

§. 6. Ceterum omnes, & singulas personas utriusque sexus Provinciae, & Nationis hujusmodi, quae post celebrationem Capituli Generalis obedientiam pro tempore existentibus Ministris Generalibus ejusdem Ordinis, sicut praemittitur haecenus non praestiterunt, ex nunc prout ex tunc postquam obedientiam hujusmodi a dictis Exponentibus illarum nomine praestitam, ac declarationem circa memoratum Capitulum Generale ab eis factam ut praefertur, realiter, & cum effectu ratificaverint a censuris quibuslibet, si quas propter praemissa quomodolibet incurrerunt, seu incurrere dicit, vel praetendi possent, eadem auctoritate harum serie in utroque foro absolvimus, & totaliter liberamus. Ac cum illis ex Fratribus Provinciae & Nationis praedictarum, qui censuris hujusmodi, si quas propter eadem praemissa incurrerunt, innodati Sacrosanctum Missae Sacrificium (non tamen in contemptum clavium) celebraverunt, seu alias in suis Ordinibus ministraverint super irregularitate per eos quomodolibet inde contracta, ita ut illa, & iisdem praemissis non obstantibus dummodo nullum aliud Canonium eis obstat impedimentum, Clericali caractere, quo alias rite insigniti fuerunt, illiusque Privilegiis, ac susceptis per eos pariter rite quatuor minoribus, necnon Sacris Subdiacognatus, Diaconatus, & Presbyteratus Ordinibus uti, & quatenus illos nondum susceperint, ad eos, si ad id idonei reperiuntur, servatis alias servandis promoveri, & promoti in illis, etiam in Altaris ministerio ministrare libere, & licite pos-

Absolutio a censuris.

Item ab Irregularitate.

Ac tandem a poena privationis utriusque vocis.

possint, & valeant, in utroque pariter foro dispensamus. Personas itidem supradictas, & eorum quamlibet, si quam propter eadem praemissa privationis vocis activae, & passivae poenam incurrerunt, ad vocem activam, & passivam hujusmodi adversus praemissa opportune rehabilitamus, illasque in integrum, & pristinum, ac eum, in quo antea quomodolibet erant, statum restituimus, reponimus, & plenarie reintegramus.

Conferuntur omnes actus legitime facti.

§. 7. Omnes insuper, & singulos, tam Capitulares, quam Diffinitoriales, & alios quoslibet tam judiciales, quam extrajudiciales actus, & functiones in supradicto rerum statu, alias tamen legitime per quoscumque Superiores, Fratres, & personas dicti Ordinis in memoratis Provinciis, earumque, & aliis quarumcumque Civitatum, Terrarum, & Locorum charissimo in Christo Filio nostro Ludovico Francorum Regi Christianissimo subjectorum Conventibus, Monasteriis, ac Domibus Regularibus, tam Virorum, quam Mulierum ejusdem Ordinis haecenus gestos, & factos respective cum omnibus inde, ceteroqui pariter legitime, securis, dicta auctoritate earundem tenore praesentium validamus, & confirmamus, illisque inviolabilis Apostolicae firmitatis robur adjicimus, ac omnes, & singulos Juris, & Facti defectus, etiam substantialis, si qui desuper propter praemissa quomodolibet intervenerint, seu intervenisse dicit, censeat, vel praetendi possint, sanamus, & supplemus.

Eliguntur tres soliti Diffinitores Generales Nationis Gallicae.

§. 8. Ne autem Natio praedicta tribus Diffinitoribus Generalibus pro ea haecenus, sicut praemittitur, eligi solitis diutius destituta remaneat, dilectos Filios Gualtherum Beccard, & Nicolaum Potin de Observantia, ac Hyacinthum le Febvre Recollectorum respective Fratrum Nationis, & Ordinis hujusmodi Professores, de quorum fide, prudentia, rerum agendarum usu, pietate, integritate, charitate, & Religionis Zelo plenam in Domino fiduciam habemus, praedicti Ordinis Diffinitores Generales pro memorata Natione Gallica usque ad proximam futuram Capitulum Generale ejusdem Ordinis duraturos, cum omnibus, & singulis praerogativis, facultatibus, auctoritate, privilegiis, gratiis, & Indultis, ac honoribus, & oneribus solitis, & consuetis, ita ut ipsi Officia Diffinitorum Generalium hujusmodi usque ad idem proximam futurum Capitulum Generale gerere, & exercere libere, licite, & valide possint, & valeant in omnibus, & per omnia, perinde ac si de illa in Capitulo Generali dicti Ordinis de pleno vocalium consensu, servatisque omnibus servandis canonice electi fuissent, eadem auctoritate harum serie creamus, facimus, ac constituimus, & deputamus.

Clausula.

§. 9. Decernentes easdem praesentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suoque plenarias, & integros effectus fortiter, & obtinere, ac illis ad quos spectat, & pro tempore quandocumque spectabit, in omnibus, & per omnia plenissime suffragari, & ab eis respective inviolabiliter, & inconcusse observari, & adimpleri: sicque, & non aliter in praemissis per quoscumque Iudices Ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales de Latere Legatos, & dictae Sedis Nuntios, & alios quoslibet qua-

cumque praeminentia, & potestate fungentes, & functuros, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane si secus super his a quocumque quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 10. Non obstantibus praemissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon quatenus opus sit praedictorum Ordinis, Nationis, Provinciae, Conventuum, Monasteriorum, & Domorum Regularium, aliisque quibusvis etiam juramento, confirmatione, Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus; privilegiis quoque, Indultis, & Literis Apostolicis illis, eorumque Superioribus, & personis quibusvis sub quibuscumque verborum tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogationibus derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, & insolitis clausulis, & Decretis in genere, vel in specie, etiam consistorialiter, & alias quomodolibet in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, ac pluribus approbatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio, seu quavis alias expressio habenda, aut aliqua alia ex qua forma ad hoc servanda foret, illorum omnium, & singulorum tenores, causas, & occasionem praesentibus pro plene, & sufficienter expressis, insertis, servatis, & specificis respectivae habentes, illis alias in suo robore permanentibus, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expr esse derogamus, & derogatum esse volumus, ceterisque contrariis quibuscumque.

§. 11. Volumus autem ut intra quatuor menses proximos nomine quarumcumque personarum, Nationis, Provinciae, Conventuum, Monasteriorum, & Domorum Regularium hujusmodi dilecti Filii Superiores earundem Provinciae, seu alii ad quos spectat debitam subjectionem, & obedientiam juxta Apostolicas, & Ordinis hujusmodi Constitutiones eidem moderno, ejusque pro tempore Successoribus Ministris Generalibus canonice eligendis a supradictis Exponentibus praestitam, ac declarationem circa proximam praeteritum Capitulum Generale praedictum ab eis factam, ut praefertur, realiter, & cum effectu ratificare, necnon in subjectione, & obedientia hujusmodi sincere in posterum permanere, praesentiumque literarum dispositioni in omnibus, & per omnia acquiescere omnino teneantur alioqui eadem praesentes nullae sint eo ipso: Insuper volumus, ut Persona supradicta, si qua propter praemissa absolute in foro conscientiae indigeant, poenitentiam, quam eis Sacerdos idoneus propter eadem praemissa respective imposuerit, omnino adimpleant, alioquin ipsae praesentes eis, quoad absolute in foro conscientiae hujusmodi minime suffragentur.

§. 12. Utque earundem praesentium literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personae in Ecclesiastica dignitate constitutae munitis, eadem prorsus fides habeatur, &

qua

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

EX inunctio Nobis celsus pastoralis sollicitudinis munere ad ea peculiare vigilantie nostrae curas libenter convertimus, quae prospero Christianis, qui fluctibus saeculi in portum vitae Religiosae confugerunt, gubernio ac illorum statui, & quieti conducibilia fore in Domino arbitramur.

Declaratio Capituli Generalis nonnullis casibus.

§.1. Exponi siquidem Nobis nuper fecit dilectus filius Procurator Generalis Ordinis Carthusien., quod tamen alias Capitulum Generale Ordinis nonnulla statutorum ipsius Ordinis auctoritate Apostolica nuper confirmatorum verba, quibus exprimitur, quod Prior Carthusianus nunquam terminos Eremitae egreditur, ita declaraverit, ut sub illis urgentes necessitates non comprehendantur, nihilominus, quia aliquando, ac praesertim his calamitosis temporibus contingere potest, ut ipsius Carthusiae, & aliae vicinae Domus dicti Ordinis, inter quas tria Monasteria Monialium numerantur, tam gravibus periculis, & damnis obnoxiae reperiebantur, ut illis non aliter, quam per egressum dicti Prioris ab Eremita praedicta, ejusque personalem assistentiam occurrere possit, ipse Procurator Generalis, ut quavis de cetero hac in re controversiarum, & questionum occasio penitus praecidatur, peculiari desuper paternae charitatis, ac prudentiae nostrae praesidium accedere plurimum desiderat. Nobis propterea dilecti filii moderni Prioris Carthusiae hujusmodi nomine humiliter supplicari fecit, ut in praemissis opportune providere, de benignitate Apostolica dignaremur.

Proces Procuratoris Generalis, & Prioris Carthusiae.

§.2. Nos igitur Priorem, & Procuratorem Generalem praedictos specialibus favoribus, & gratis prosequi volentes, & eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis Sententiis, censuris, & poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodata existunt ad effectum praesentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, de nonnullorum Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium super hoc negotio a Nobis specialiter deputatorum consilio, imminencia pericula bellorum, seditionum, tumultuum popularium, & morborum pestiferorum, necnon incendia, ruinas aedificiorum, aliosque graves, & insolitos casus, sive in ipsius Carthusiae domo, sive in ejus Grangia a praedicta domo ultra duas dietas non distantibus quodcumque eventuros, quibus non aliter, quam per ipsius moderni, ac pro tempore existentis Prioris Carthusiae hujusmodi praesentiam provideri valeat, sub prohibitione egressus ab Eremita terminis eidem Priori per statuta supra dicta, sicut praemittitur, facta, minime comprehendi; praeterea nec etiam sub prohibitione hujusmodi gravium, & urgentium necessitatum casus, qui aliquando in tribus Monasteriis Monialium dicti Ordinis eidem Domui, ut praefertur vicinis contingere possunt, comprehendi, itaut illis opportune occurrerent gratia dicti Prior, de consensu tamen Capituli generalis ipsius Ordinis, ad tempus ad id necessarium dumtaxat terminos supra dictos egredi li-

Declaratio Pontificia ex ipso casu novis aliis casibus sub certis conditionibus.

tere, & licite, ac absque ullo conscientiae scrupulo, aut poenarum per statuta praedicta quomodolibet impositarum incursum possit, & valeat auctoritate praedicta tenore praesentium declaramus.

Clausula.

§.3. Decernentes ipsas praesentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus fortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore quodcumque spectabit in omnibus, & per omnia plenissime suffragari. Sicque in praemissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegates, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & diffiniri debere; ac irritum, & inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.4. Non obstantibus praemissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon dicti Ordinis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus; privilegiis quoque, indulgentiis, & literis Apostolicis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores praesentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permanentibus, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscis die IV. Nov. MDCXCII. Pontificatus nostri Anno Secundo.

XXXVIII.

Confirmantur quaedam Decreta Diffinitorum, & Capitulum Generalium pro pace utriusque Congregationis Fratrum Carmelitarum Discalceatorum.

Dat. 22. Nov. 1692. An. 2.

Const. ed. 1692, Oct. 11, P. 2 leguntur Decreta Prioris generalis pro studiis. Const. ed. 1693, Jan. 2, P. 2 extat Decretum Capituli Generalis pro alternativa in Provincia Castella. Et Constit. ed. 1694, Feb. 9, P. 3 declaratur quoddam Breve circa Superiores Monialium Discalceatorum.

Proces Procuratorum Generalium.

§.1. Cum autem sicut eadem expositio sub-jungebat, in iisdem Diffinitoriis, & Capitulis Generalibus pro praemissorum omnium validitate, & firmitate subsistentia alterius statutum fuerit, ut illorum confirmatio ab hac Sede impetranda esset: nobis propterea Exponentes praefati humiliter supplicari fecerunt, ut in praemissis opportune providere, & ut infra indulgere de benignitate Apostolica dignaremur.

§.2. Nos igitur specialem ipsis Exponentibus gratiam facere volentes, & eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodata existunt ad effectum praesentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, ordinationes praefatas in Diffinitoriis, & Capitulis Generalibus utriusque Congregationis hujusmodi factas, ut praefertur, emanatas desuper Decreta supra dicta, auctoritate Apostolica tenore praesentium confirmamus, & approbamus, illisque inviolabilis Apostolicae firmitatis robur adjicimus, ac omnes, & singulos juris, & facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, supplemus.

Confirmatio praed. Decretorum.

In praed. Decretis indicatur communicatio inter Congregationes Hispaniae, & Italiae.

INNOCENTIUS PAPA XII

Ad futuram rei memoriam.

EXponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii moderni Procuratores Generales utriusque Congregationis Fratrum Ordinis B. Mariae Virginis de Monte Carmelo Discalceatorum nuncupatorum, quod non modo ad mutuam charitatem inter Religiosos ipsarum Congregationum, verum etiam Regularem observantiam invicem conservandam, primo quidem in Hispania mense Septembris 1690, & Italiae Congregationum praedictarum die 12. Januarii 1691. Diffinitoriis Generalibus, subinde vero in primodicta 5. & 13. diebus Maji dicti anni 1691. in secundo dictae Congregationum hujusmodi die 7. mensis Maji proxime praeteriti respective celebratis Capitulis Generalibus pariformiter deliberatum, decretum, ac ordinatum, & hinc inde acceptatum fuit, ut quodcumque, & quomodocumque

Clausula.

§.3. Decernentes easdem praesentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus fortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit in omnibus, & per omnia plenissime suffragari, & ab illis respective inviolabiliter observari; sicque in praemissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegates, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & diffiniri debere; ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.4. Non obstantibus praemissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon quatenus opus sit Congregationum, & Ordinis praedictorum etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indulgentiis, & literis Apostolicis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores praesentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permanentibus ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat, specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

§.5. Volumus autem, ut earumdem praesentium Literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personae in Ecclesiastica Dignitate constitutae munitis, eadem prorsus fides tam in Judicio, quam extra illud ubique locorum adhibeatur, quae ipsis praesentibus adhibetur si forent exhibita, vel ostensa.

Datum Romae apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscis die XX. Novemb. MDCXCII. Pontificatus nostri Anno Secundo.

XXXIX.

Conceduntur nonnullae Ordinationes in Caussa a Sede definienda de alternativa Officiorum Generalium inter Provincias Gallicas, & alias FF. Minorum S. Francisci de Observan., ac Recollectorum.

Dat. 9. Dec. 1692. An. 2.

Const. ed. 1692, Maji 17, P. 1. agit de alternativa in Provincia S. Nicolai de Observan. Reformat. Et Const. ed. 1696, Jan. 7, P. 5. in Provincia Januensi.

INNOCENTIUS PAPA XII

Ad futuram rei memoriam.

INjuncti Nobis celsus Pastoralis officii sollicitudo nos admonet, ut paternam Christianis, divinis obsequiis sub arctioris Vitae Instituto laudabiliter incumbendum curam gerentes, eos in pace, & Justitia continere, ac enata inter ipsos Animosum dissidia, ne amabilis concordiae fraternaeque charitatis serenitatem diutius conturbent, opportunitate rationibus recidere, necnon illorum statui, & quieti, quantum Nobis ex alto conceditur, consulere studeamus.

Exordium.

§.1. Exponi siquidem Nobis nuper fecerunt dilecti Filii Ludovicus Duval, & Clandius Bonaventura Sicault, necnon Edmundus Godelle, & Sal-

Schisma exortum inter dd. Congregationes ob praesentiam alternatam.



